



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117859**

§.3. S. Theodorus Studita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæcul. VIII. mus nonagesimus quartus, ætatis eius  
 A. C. 795. sexagesimus.

## §. III.

*S. Theodorus Studita.*

*vit. per Mich. n. 1. 2. &c.* Theodorus tunc annum ætatis numerabat trigessimum quintum, quippe anno Copronymi decimo nono, *Salutis* septingentesimo quinquagesimo nono, in lucem editus erat, & agebat Professionis suæ annum decimum tertium. S. Plato morbo decumbens Congregationem convocat, & tanquam post brevissimum temporis spatium ex hac vita migraturus, Fratres obtestatur, ut sibi candide aperirent, quem Abbatem, se elato, habere cuperent, prolixè pollicitus, ratam se habiturum eorum voluntatem, quemcunque elegissent. Nec ignorabat, quis omnium votis expeteretur. Cunctis tunc ore respondentibus, se Theodorum expetere, S. Plato, nihil præterea eloctus, illico eidem munus Abbatis injungit. Theodorus vero, cui nihil minus in mentem venerat, unanimi omnium consensui resistere non valuit.

Illo igitur tempore S. Plato, in solitudine agens & ab omni munere liber existimavit, facturum se quod zelosi Christiani esse, si publice testatum faceret, quod Matrimonium Constantini Imperatoris & Theodotæ damnet, atque  
 ex

ex hac causa a Communione Tarasii Pa-  
 triarchæ abstineat. Imperator, ira fla-  
 grans, minatur exilium, flagella, mem-  
 brorum detruncationem. Mittuntur  
 Monachi, qui aliam Platoni mentem in-  
 derent, scribuntur Epistolæ; sed frustra  
 omnia. Theodorus Abbas eandem sibi  
 sententiam stare aperte professus, & ni-  
 hil, contra quam Tarasius Patriarcha ex-  
 istimabat, dissimulandum ratus, re ma-  
 ture pensata Imperatorem publice ex-  
 communicat, idque omnibus Monachis  
 denunciat. Imperator iram premens,  
 ut ex Theodoro assensum eliceret, no-  
 væ Conjugis suæ, quæ S. Abbatem affi-  
 nitate contingebat, blanditias adhibuit.  
 Hæc igitur profusa pecunia & magnis  
 donis inprimis autem injecta propinqui-  
 tatis mentione virum permovere conata  
 est, ut matrimonium suum laudaret.

Tum etiam Imperator, videns uxo-  
 rem suam operam perdidisse, ipse ad  
 Monasterium *Saccudion* se conferens fu-  
 bitum & necessarium negotium obten-  
 dit. Verum nec Theodorus Abbas, nec  
 Monachorum quisquam venientem ex-  
 cepit, nullus allocutus est, nullus saltem  
 propius accessit. Ergo contumelia in-  
 citatus in Regiam redit, & missis Bar-  
 dane Scholarum Domestico id est co-  
 hortium Duce, & Joanne Comite ab ob-  
 sequiis, Theodorum Abbatem illosque  
 ex

Sæcul. VIII.

A. C. 795.

n. 20.

Sæcul. VIII. ex ejus Monachis, quos in sententia sibi  
 A. C. 795. adversa constantissimos sciebat flagris  
 cædi jubet. Illi crudeliter dilaniati, de-  
 currentibus cruoris rivis confestim, ut  
 Imperator præceperat, Thessalonicam in  
 exilium abstrahuntur. Viri erant duo-  
 decim videlicet Abbas & undecim Fra-  
 tres immania verbera æquo animo tole-  
 rantes, cumque Imperatoris mandata  
 fuissent vulgata, ne quis proscriptos re-  
 ciperet, ipsi Monasteriorum Abbates ho-  
 spites admittere non audebant.

*Theoph. an.*  
 6. p. 397.

Plato ab iisdem Proceribus Constans-  
 tinopolim in conspectum Imperatoris  
 perductus, coram obstitit, ingerens, illi-  
 citum esse hoc conjugium. Imperator  
 cellulæ Sanctum Virum inclusit, ubi ei  
 per arctissimam fenestram cibus præbe-  
 batur. Nemini captivum inspicere li-  
 cebat, eratque hæc cellula, in qua cu-  
 stodiebatur, in Monasterio S. Michaelis  
 Regiæ contiguo, cui Josephus, ille nu-  
 ptiarum inter Imperatorem & novam  
 Sponsam Conciliator præerat. Illo Con-  
 stantinus immisit Episcopos, qui Platoni  
 persuaderent, ut saltem simulatis verbis  
 consentiret, & sic ex hoc carcere se li-  
 beraret. Præterea inficetæ irrisiones  
 Monachorum, Laicorum, propinquorum  
 & exterorum, integro, quo persecutio  
 tenuit, anno viri constantiam non frege-  
 runt. Nec sine maximo emolumento  
 fuit

fuit pulcherrimum fortitudinis exem-  
plum; nam Monachi, & Episcopi in  
Chersoneso, in Bosphoro, in oris, & In-  
sulis adjacentibus Platonis & Theodoti  
exhibito specimine excitati Imperatorem  
ab Ecclesia excommunicatum esse pro-  
nunciarunt, nec deinde vel minis vel do-  
nis a sententia dimoveri se passi sunt.  
Hos cum Imperator proscripsisset, eo au-  
dentius in nuptiarum istarum scanda-  
lum invec̄ti, multos, quos Imperatoris li-  
centia seduxerat, ad Christianæ legis ri-  
gorem reducerunt. Irene Cæsaris ma-  
ter intelligens, quantum filii facinus pro-  
bi omnes detestarentur, illis, quos ipse  
persequeretur, favebat & adulabatur, ut  
invidiam augetet.

Sæcul. VIII.  
A. C. 795.  
vit. S. Theo.  
p. 23.

S. Theodorus demum Sabbato, in *Theod. ep. 3.*  
Festo Annunciationis vigesima quinta  
Martii, nempe anno 797. Thessalonicam  
pervenit, unde datis ad S. Platonem lit-  
teris, de omnibus a tempore, quo ab e-  
jus latere avulsus fuerat, actis & itine-  
ris sui adjunctis certiozem reddidit. Sum-  
mo Pontifici quoque omnia, ut contige-  
rant, perscripsit, accepitque Responsum,  
in quo ejus prudentia & constantia dilau-  
dabantur.

*v. Theod.*

§. IV.

*Hadriani Papæ obitus.*

Summus ille Pontifex, qui Theodoro  
respon-

*Anast.*